Evangelion eſt bipartitum. Agit enim de DOMINI noſtri JESU Chriſti, tùm

- 1. Profectione ſive abitu quodam & diſceſſu, cujus notatur
  - 1. Tempus: Poſthæc, v. 1. Finitâ nim. diſputatione ſuâ cum Phariſæis, de qua præcedente quinto capite Johannis.
  - 2. Locus: trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis, ibid.
  - 3. Comites: Turba multa, v. 2. propter cauſam inibi expreſſam.
  - 4. Παραχθῆν. Subijt in montem, &c. v. 3.
- 2. Actione miraculoſa, ſive Populi cibatione; quam quædam
  - 1. Antecedunt, ut Deliberatio de emendis panibus & ſaturandis famelicis. Obſerva autem, inſtituta ſit
    - 1. Qua occaſione? de qua verſ. 4, 5.
    - 2. Quibus cum? Cum Diſcipulis, Philippo cumprimis, v. 5.
    - 3. Quo fine? v. 6. Hic occurrit,
      - 1. Diſſuaſio tùm
        - 1. Philippi ἐκ τῶ ἀδυνάτω argumentantis, v. 7.
        - 2. Andreæ, fratris Simonis, v. 8. media quidem mõſtrantis: ſed talia, ut de illorum ſufficientia ipſe deſperet, v. 9.
      - 2. Correctio DOMINI, qui expreſſo mandato ſuo, v. 10. cõtrarium innuit: quodq́ exequuntur &
        - 1. Diſcipuli, v. 10.
        - 2. Populus numeroſiſſimus ad quinq́ millia Virorum, ibid.
  - 2. Comitantur: ut Panum & Piſcium acceptorum
    - 1. Benedictio, v. 11.
    - 2. Diſtributio inter populum. Diſcipulorum miniſterio factâ, ut quisq́ capiat tantùm, quantùm deſiderat, ibid.
  - 3. Conſequuntur, veluti
    - 1. Saturitas omnium, v. 12.
    - 2. Collectio fragmentorum, ad mandatum Chriſti; quâ factâ major longè copia poſt, quam ante cibationem apparuit, v. 13.
    - 3. Judicium Hominum, de Chriſto, ex Miraculo illo ſuo hauſtum,
      - 1. Dextrum, v. 14.
      - 2. Siniſtrum, quod Omniſcius fugâ ſuâ illis monſtrat, v. 15.

Judica, Johann. 8, 46——59.

Apologia Chriſti, qua ſe ſuamq́ doctrinam defendit. Illius autem quædam ſunt;

- 1. Ἀποφαντικά. Negat enim DOMINUS ſe habere
  - 1. Peccatum, ideoq́ Antagoniſtas ſuos graviſſimè peccare, quod ſibi veritatem dicenti fidem non adhibeant. Cæterùm utrumq́ non tàm dicit, quàm probat:
    - 1. Prius illud ἐρωτηματικῶς, quâ (quod firmiſſimum probationis genus eſt) ad ipſum hoſtium ſuorum teſtimonium provocat, v. 46.
    - 2. Poſterius integro Syllogiſmo, cauſam incredulitatis ipſorum unà comprehendente, v. 47.
  - 2. Dæmonium, vide Lit. A.
- 2. Καταφαντικά. vide Litt. B.